



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Bona corporum in uita aeterna sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

uoler, & quicquid nollet, non erit
Et Bernardus. Quicquid desiderabi-
mus totum uidebimus, & habebi-
mus, nihil amplius desiderantes. Nil
deest (inquit Grego.) in illo gaudio
celesti, nil obest, nil superfluit, nil ex-
terius quod appetatur, nil interius
quod fastidiatur. Ob hoc dicebat
Psaltes. Satiabor cum apparuerit glo-
ria tua. Tertium charitatis abundan-
tia, sicuti ait Gregorius. Propter
magnam charitatem hereditas illa om-
nibus una est, & singulis tota. Et
pater similiter Augustinus dicit. Illa
ciuitas magnum bonum in se uide-
bit, quod nulli superiori nullus infe-
rior inuidebit. Quartum, quod im-
perterrita conscientia absque pauore
habitabit in celo. Quintum erit in-
comparabilis honoris gloria, ueluti
inquit Dauid. Gloria, & honore co-
ronasti eum domine. Et Augustinus.
Vera gloria ibi erit, ubi nec laudan-
tis errore, quisquam nec adulatione
laudabitur.

*Bona corporum in uita aeterna
sunt quinque.*

Primum, Incomparabilis clari-
tas, unde apud Matthæum legi-
tur. Fulgebunt iusti sicut Sol in

Bern.

Grego.

Psal. 16

Grego.

August.

August.

August.

Mat. 13



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

regno patris eorum. Quam ueritatem etiam confirmat, & Esaias in-
Esa. 30. quiés. Erit lux lunæ sicut lux solis, &
lux solis septēpliciter, sicut lux septē
Bern. dierum. Vnde Bernar. dicit hoc idem
asserens. Fulgebit sicut Sol humani-
tas glorificata. Secundum, inexti-
Sap. 3. mabilis agilitas, quemadmodum sa-
pientia huius ueritatis fidem faciens
ait. Fulgebunt iusti, & tanquam simi-
Auguf. tillæ in arundineto discurrent, &c.
Vnde S. Augustinus ait. Vbi uolue-
rit esse spiritus, ibi erit protinus &
Bern. corpus. Et D. Bernar. Ibi erit sum-
ma libertas, ubi erunt homines simi-
les Angelis Dei. Tertium incompa-
Apo. 21 rabilis sanitas, sicut in Apocalipsi le-
gimus. Absterget Deus omnem lacry-
mam ab oculis sanctorum, & non erit
amplius neque luctus, neque dolor,
Esa. 60, &c. Esaias quoque ait. Occupabit fi-
Bern. lus muros eius. Vnde B. Bernardus
inquit. Ibi nulla tristitia, & nulla an-
gustia, nullus dolor, nulla mors, sed
perpetua sanitas, semper persevera-
Auguf. bit. Augustinus etiam ait. Iam iamq;
adueniat regnum domine obsecro il-
lud carens errore, uacans sine, ubi
continuus sine nocte dies. Quartum
erit omnium bonorum satietas, cen-
Psal. 16 Psaltes ait, Satiabor cum apparuerit
Hieron. gloria tua. Et D. Hieronymus dice-

bat. Iam nullam à te satiatus patiar
 egestatem. De satietate hac loquens
 D. Bernardus exclamabat. O uera &
 felix & gloriosa satietas, ò sanctum
 conuiuium, ò desiderabiles epulæ
 ubi nimirum anxietas nulla, nullum
 fastidium. Quintum erit uitæ indefi-
 cientis felicitas. Vnde dicebat. Da-
 uid; uiuent nomina eorum in secu-
 lum seculi &c. Et Bernard. Si sic ama-
 mus uitam istam labilem, & caducam,
 ubi cum tanto labore uiuimus; mul-
 to magis amare debemus æternam ui-
 tam, ubi nullum laborem sustinebi-
 mus.

Bona uitæ æternæ sunt sex.

Magna. Dicebat Petrus; Cre-
 dentes exultabitis lætitia in-
 enarrabili, &c. Et Dauid
 quoque dicebat. Quam magna mul-
 titudo dulcedinis tuæ domine; quam
 abscondisti timentibus te. Multa. Vn-
 de Paulus dicebat. Quod oculus non
 uidit, nec auris audiuit, nec in cor
 hominis ascendit, &c. Prætiosa. Iob
 inquit. Non dabitur aurum obri-
 zum, pro ea, nec appendetur argen-
 tum in commutatione eius. Et sapien-
 tia; Bonorum enim laborum prætio-

Bern.

Psal. 21

Bern.

1. Pet. 1

Psa. 30.

2. Co. 8.

Iob. 28.

Sap. 3.